Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus de s. Eucharistae sacramento - Cod. Ettenheim-Münster 234

[S.l.], 1721

L. 13tia

urn:nbn:de:bsz:31-127314

Visual Library

ria fermento, cum constet hujus modi non consecra-
tam esse, in qua conditio verificatur, de
hostiis illa possent confici in toto cumulo.
Verum licet hæc sententia speculativa probabilis
censeri possit, videtur tamen in praxi i-
terum hujus modi difficile, intentionem consecrandi etiam
sub conditione dirigere ad hostias, de quibus moraliter
certus est, eas non esse consecratas.

Mihi melius non occurrit, quam quod sacerdos formulas
in sequentibus sacris absumat, sic enim praecaveret
corruptioni & irreverentiae sacramenti, ac etiam
damno proximi. Cæterum si calici consecrato
infunderetur gutta non consecrata, nulla est ne-
cessitas denuo consecrandi, sed potest a sacerdo-
te sumi, at vero si dolio vini immitteretur
gutta consecrata, deberet totum illud vinum
servari, & successive consecrari saltem sub con-
ditione ut volunt Suarez, Lugo & alii.

Q. 13tia

Utrum una species possit consecra-ri sine alia?

Ass. 1a Consecratio utriusque speciei panis &
vini non est de necessitate sacramenti; adeoque

una species validè consecrari potest sine altera, ita omnes. Ratio est, quia panis validè consecratur, et sub eius speciebus reter gliunetur Christus, exhibetusque populo adorandus antequam consecretur vinum, deinde forma consecrationis panis et vini sunt à se invicem independentes in significando, adeoque in causando verum sacramentum, quomodocunque quod alterutra species sit consecretur, sive per oblivionem, ignorantiam, malitiam, sive per impossibilitatem alterius speciei, validè consecratur, et verum sacramentum efficitur essentialiter in ratione sacramenti, et si non integrum sit in ratione convivii spiritualis, ut satis constat ex suprà dictis.

Assertio 2. consecratio utriusque speciei panis et vini est de necessitate praecepti divini, adeoque illicitum, consecrare unam sine altera. ita iterum communis. Desumitur ex ipso facto Christi, utramque speciem consecrantis, et addito praecepto hoc facite in meam commemorationem accedente interpretatione sensu et praxi totius Ecclesiae. Hinc Trid. sess. 22. cap. 1. dicit: Christum corpus et sanguinem suum sub speciebus panis et vini Deo Patri obtulisse, ac sub eorundem

pacis rerum symbolis ab apostolis, eorumque
in sacerdotio successoribus, ut offerrent
praecepisse per hoc verba hoc facite &c.
ergo praecepto divino necessaria est consecratio utriusque
speciei.

Ratio a est: quia hoc sacramentum non conficitur
nisi in sacrificio, quin imo sacrificium est ipsa
confectio hujus sacramenti: atque sacrificium ad sui
essentialem integritatem requirit utramque speciem
ex institutione & praecepto divino: ergo eadem
praecepto divino necessaria est consecratio utriusque
speciei. minor probatur ex eo quod sacrificium ex sua
institutione sit repraesentativum sacrificii
cruenti crucis ac mortis Christi: atque
haec repraesentatio perfecte & complete non habetur
nisi in consecratione utriusque speciei, qua
separatim consecratur corpus & separatim
sanguis Christi. ergo.

Per se ergo nunquam licitum est consecrare unam tantum
speciem panis v. g. etiam in gravi necessi-
tate, utpote communicandi infirmum alio-
quin sine viatico moriturum juxta
communem D. D. Ex quo Tamburinus negat,
posse etiam intentato mortis metu in-

122. „chări missā cū intentiōe çsecrandi unā
ꝫtum spec. etiam pro moribundo: quo mi-
„nus si metus mortis intentaretur ab impio
paratus in consumptione fidei, religionis &
ipsius sacramenti. unde juxta coiōem DD.
sententiā neque summus Pontifex & Ecclia pōt dis-
„pensare et concedere, ut una tantū species con-
„secretur: non sufficiat eo utraque specie pertinet
ad substantiam integritatē sacrificii ex jure divi-
„no: atqui Pontifex & Ecclia non pōt proprie
dispensare in illo jure & praecepto divino
juxta coiē doctrinā in materiā de legibus.

Praeterea constat ex praxi Ecclesiae
quam legendo fuisse immutatam nullo sufficienti
testimonio probari pōt: quidquid Volaterranus
et quidam alii ex Innocentio 4 referant,
eum dispensasse cum Norwegis, ut in solo
pane consecrarent, eo quod ob nimium fri-
„gus vinum ibi conservari nequeat. fa-
„bulosum planè commentum hoc est, cum oppo-
situm constet ex praxi Ecclesiae, utpote quae
in nullo permittit casu sacrificium

mutilum, & ut hoc caveat, dispensat in
strictissimo praecepto jejunii naturalis: ut sacer-
dos post consecrationem unius speciei recordetur
se non esse jejunum, nihilominus pergat, et
si moreretur post consecrationem corporis, sin-
cupit compleri ab alio sacerdote etiam
non jejuno, ne scilicet sacrificium maneat in-
completum, eo ipso sciens, se non posse in hoc
dispensare.

Nec sane credibile est, quemquam in nulla
provincia reperiri tota penuria ejus
modi tritici vel vini, ut huic sacramento non
sufficiat. Et si reperiretur alicubi, potius
privaretur illa provincia hoc sacramento
non simpliciter necessario, quam substantialis et essentialis
actus hujus sacrificii immutaretur, ut habet
communis DD. sententia. Quis non videatur
impossibile, quod eo casu ex rationabili inter-
pretatione cessaret obligatio praecepti divini
de integritate sacrificii.

Dixi: per se, nam per accidens dantur
casus, in quibus sacerdos una specie jam
consecrata licite omittit consecrationem al-
terius speciei, ut puta, si post consecrationem

124. hostiâ factâ immineat periculum mortis
ob incendium, ruinam tecti, hostium incursum
seclusio tamen scandalo & contemptu fidei:
ma si sacerdos ob hostibus caperetur, hu-
„ miliare sacrificium in contemptum fidei, tamen
„ debet potius opperare, quam sacrificium relin-
„ quere debet. 2do si sacerdos post consecra-
tionem hostiae deprehendat, non esse appositum vinum
sed meram aquam, et si jam consecrasset aquam pro
vino, nec aliud vinum haberi potest. 3. si sacerdos
consecratâ hostiâ moriatur, aut deficiat, loquelam
perdat, in amentiam incidat, nec adsit alius
qui possit sacrificium perficere. quo tamen casu si alius
sacerdos suppleret, & sacerdos infirmatus commu-
„ nicare potest, debet ei dari pars hostiae dictae
„ ut de suo sacrificio inchoato participaret,
ut notat Tamburinus de sacrif. l. 1. c. 8.
ratio omnium una est, quia preceptum positivum
complendi sacrificium integrum non obligat
in tanta necessitate, multo minus ad im-
possibile, plura de utraque materia legi po-
terunt in Rubricis Miss. de Defect. tit. 3. &
4.